

Ibi : Secundo, animadvertisendum est.

98 Quod damnatus, ut in vinculis sit in poenam delicti, non debet fugere, etiam absque carceris fractione, est magis communis resolutio; sed aliqui doctissimi Juniores distinguunt inter carcerem valde strictum & incommodum, & inter non ita acerbum, ut a primo licet, non sic a secundo fugere. Et quid si carcer sit perpetuus, vel si ad trahentes quis damnetur. Videas Sanch. d. cap. 4. dub. 12. & 18. & Bonac. ubi nuper, num. 14. Lugo d. disp. 40. n. 52. Gurier. d. cap. 24. n. 17.

Utrum carceris perpetui poena possit imponi? Tractant Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 89. Salced. ad Bernar. Diazin prax. cap. 139. Bobadill. in polit. lib. 3. cap. 13. & num. 7. Fr. Emman. question. regular. tom. 2. q. 22. art. 4. & pro gravissimis sceleribus possit quem ad carcerem perpetuum condemnari, verius est. Sed & temporalis detentio in vinculis publicis pro poena apud nos saepissime stabilitur. L. 5. tit. 4. lib. 8. Recopil.

101 coercetur poena carceris pro uno mense, qui verba quædam sacrilega ibi expressa in Deum, vel Beatam Virginem ejus Genetricem protulerit. L. 2. tit. 7. eod. lib. sic plectuntur iudicis prohibitis utentes, si in bonis non habeant, unde poenam pecuniariam pendant: L. 1. tit. 10. eod. lib. filii injuriantes verbaliter parentes, in carcere detineri jubentur; & alii pluribus legibus eadem poena irrogatur, Bobadill. supr. n. 8.

Vers. Quartu ex principali.

Imo & hoc casu vim licet inferre possessori, ex 102 communi Theologorum sententia: videndum Lugo tom. 1. disp. 10. seft. 9. n. 181. cum sequentibus.

Ubi responderet ad. l. si quis in tantam Ciunde vi. & similes prohibentes, propria autoritate res suas aliquem occupare, ea nixi præsumptione, quod scilicet semper potest per legitimam iudicis potestatem unusquisque jus suum consequi; qua præsumptione celsante ubi in contrarium est veritas, non obligat eatum constitutionum prohibitio in conscientia; ut regulare est in omnibus legibus, quae in præsumptione fundantur; Guttierr. canon. cap. lib. 2. c. 27. num. 11. Thom. Del-bene de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 8. dubit. 15. num. 7. D. Covar. in cap. cum esses, num. 16. de testam. late Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 80. & princip. Molin. de just. disp. 40. numer. 9. Pat. Vazq. 1. 2. tom. 2. disp. 163. cap. 2. num. 8. Pat. Suar. de legib. lib. 3. cap. 23.

Ad Num. 15.

Multi concedunt, posse quem rem propriam, vel sibi in specie debitam, claram capere, eti judicialiter agere ad illam non sit impeditus: & saltē a culpa lethali capientem excusat, quia non est adeò grave illum juris ordinem pervertere; de quo in l. non est singulis ff. de reg. jur. Ita Dian. 1. tom. tract. 2. miscellan. resol. 48. Lug. d. tom. 1. disp. 16. seft. 5. num. 91. apud quos Mol. Villalob. & alii, quod forsitan admittunt propter expensas & iudicij dubium evenit l. quod debetur; & 2. ff. de pecul. Suntque, qui ita lites execrantur, un malint propria re carere, quam litigare. l. 4. S. post etiam, vers. Non tamen; ff. de alienat. jud.

De tribus sequentibus illationibus agit Lugo d. seft. 5. quæ ab omnibus communiter recipiuntur,

Vers. Quinto, ut & hoc.

105 Adversus D. Covarr. est communis opinio, modo res estimatione digna sit, docet Lugo ex pluribus d. seft. 9. num. 181. Vim autem inferre non licet debitori ad debitum solvendum, nisi res ipsa creditoris ab illo injuste detineatur idem d. disp. 16. seft. 6. n. 133.

106 ad debitum solvendum, nisi res ipsa creditoris ab illo injuste detineatur idem d. disp. 16. seft. 6. n. 133.

Simulatione uti posse, ac debere Judicem prudenter, alii etiam exemplis comprobant. Bobad. lib. 2. cap. 5. num. 34. & cap. 21. num. 153. tenet Sanch. d. lib. 6. cap. 3. dub. 35. in princ. Plaza in epitom. delictor. lib. 2. cap. 37. Villadiego cap. 3. num. 225. Farinac. quæst. 81. e. num. 276. ubi latè de simulationibus, quibus Judices uti solent, Bobad. in collect. ad cap. affirme, de præsumpt. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. num. 5.

Vers. Similiter ex hoc oritur.

An ex confessione rei emissa propter impunitatem à Judge promissam possit sequi condemnatio: docent Anton Gom. variar. libr. 3. cap. 12. num. 6. Facione controversial. libr. 9. cap. 61. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 3. 67. ubi varias refert sententias, Petr. Navarr. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 246. Sanch. & Villadiego ubi proxime, Bobad. lib. 3. cap. 13. num. 10. cum sequentibus, & æquius, ac verius est, non posse; nam fides delinquentibus est servanda; Cevall. tom. 1. quest. 292. ubi alii.

In illa questione, an Judge, qui, impunitate promissa, suavit reo in Ecclesia existenti, ut ab ea exire; 109 communiter sequuntur DD. distinctionem D. Covar. in presenti, Ant Gom. supr. num. 7. Sanch. conf. moral. d. lib. 6. cap. 1. dub. 12. & ultra supr. laudatos Autores alii, quos adducit Bobad. dict. cap. 13. num. 17. in gloss. lit. I. Thom. Del-bene tom. 2. cap. 16. dub. 24. num. 13. Cevall. supr. qui testatur de praxi, & quid si reus non dolo Judicis, sed alterius, ab Ecclesia recedat? Del-bene supr. num. 14. 15. qui distinguit, an Judge participes fuerit fraudis, vel non.

### A D C A P U T I I I .

Utrum fructuum ratio habeatur in restitutione in integrum, que causa statis sit.

#### S U M M A R I U M .

- 1 DD. materiam tractantes referuntur.
- 2 Verbum, restituere, in sententia positum, quando fructus continet.
- 3 Fructibus petitum cum re, qui Judicis officio debentur, si res restituti jubetur, reus cersetur a fructibus absolutus.
- 4 Minoris restitutio in integrum concessa, an sit res restituenda cum fructibus.
- 5 Intelligitur cap. ad nostram, de reb. Eccles.
- 6 Feudum est beneficium, quod propter officium conceditur.
- 7 Creditor dominus directus rei sibi in pignus date fructus ex ea perceptos suos facit.
- 8 Impugnatur interpretatio ab aliquibus tradita ad dict. cap. ad nostram.
- 9 Bonam fidem habet, qui scit, rem a se per restitutionem in integrum auferri posse.
- 10 Fructus alii naturales, & industrielles alii.
- 11 Communis divisio fructuum.
- 12 Alia fructuum divisio.
- 13 De differentia, ac natura fructuum, remissive.
- 14 Fructus civiles, propriè fructus non sunt.
- 15 Judicis arbitrio relinquuntur, qui sunt fructus naturales, qui industrielles.
- 16 In dubio fructus naturales potius censendi sunt, quam industrielles.
- 17 Fructus naturales non queruntur bona fidei possessori etiam cum titulo.
- 18 Fructus naturales sunt bona fidei possessoris, etiam sine titulo, maxime consumptis.
- 19 Fructus omnes indistincte ante item contestatae percepti pertinent ad possessorum bona fidei.
- 20 Fructus naturales acquiruntur bona fidei possessori cum

- cum titulo, sed eos tenetur restituere, ex quibus locupletior factus est.
- 21 Fructus consumpti videntur extare, ex quibus possessor locupletior effectus est.
- 22 Quando presumuntur fructus consumpti.
- 23 Possessor presumuntur locupletior factus ex fructibus, quos consumpsit.
- 24 Nulla proprium patrimonium jactare creditur.
- 25 Possessor bona fidei sine titulo fructus naturales suos non facit.
- 26 Possessor bona fidei fructus industrielles extantes cogitare restituere.
- 27 Possessor bona fidei fructus industrielles consumptos non restituit.
- 28 Conventus principaliter propter fructus perceptos independenter à re aliqua, eos restituit omnino, ex quibus locupletior invenitur.
- 29 Conciliatur, l. qui bona 23. & l. bona fidei 48. ff. de acquir. rer. dom. cum. l. qui scit 25. §. fin. ff. de usu.
- 30 Non videtur quis capere, quod alii tenetur restituere.
- 31 Fructus bona fide possessi per triennium usu capiuntur.
- 32 An qui fructus consumpsit ante triennium à die perceptionis, & post illud convenitur, debeat restituere eos, ex quibus locupletior factus est?
- 33 Usucapio sine possessione non procedit.
- 34 Subrogatum sapit naturam ejus, in cuius locum subrogatur.
- 35 Si possessor fructus usucipiat, cessat eorum restitutio.
- 36 Res propria à domino usucapi non potest.
- 37 Quod meum est, amplius meum fieri nequit.
- 38 Error juris bonam fidem parit quod fructuum acquisitionem.
- 39 Errans in iure nec malam, nec bonam fidem censetur habere.
- 40 Errans in iure, quoties jus actui restituit, suos fructus non facit.
- 41 Error non presumitur.
- 42 Presumptio cedit veritati.
- 43 Ad fructuum acquisitionem, malam fidem abesse sufficit.
- 44 Distinctio quadam cum D. Covar. rejicitur, remissive.
- 45 Juris & facti errore concurrente, bona fides oritur.
- 46 Abbas non exemptus nequit bona monasterii sui alienare abque consensu Episcopi.
- 47 Abbas etiam exemptus ad alienationem rerum exiguarum debet petere licentiam ab Ordinario, ubi talis fuerit consuetudo.
- 48 Ubi recepta est extravagans, Ambitiose, de reb. Eccles. Abbas non valet alienare immobilia, aut mobilia pretiosa, absque assensu Pontificis.
- 49 Quæ solemnitez requiriuntur in alienatione rerum Ecclesiasticarum? remissive.
- 50 Alienatio rei Ecclesiasticae sine debita solemnitate, est ipso jure nulla.
- 51 Ecclesia ob enormissimam lesionem competit post quadriennium etiam restitutio.
- 52 In restitutione in integrum ex iustitia veniunt fructus.
- 53 Pontifex, ubi aliquid ex benignitate indulget, id exprimit, ne jus commune inducatur.
- 54 Additur aliis intellectus ad d. cap. ad nostram.
- 55 Vivente Prælato, qui alienavit, non labitur Ecclesia quadriennium ad petendam restitucionem.
- 56 Quanta debeat esse lesio, ut restitutio in integrum concedatur.
- 57 Relinquitur Judicis arbitrio.
- 58 Judices fides esse non debent ad concedendam restituendam in integrum.
- 59 Restitutio non est concedenda ob minimam lessionem.
- 60 Concedi debet ob grave detrimentum.
- 61 Intelligitur l. scio, ff. de in integr. restitut.
- 62 Etiam prudentissimi solent decipi contrahentes in exigua quantitate.
- 63 Minor lessus non restituitur, si prudenter se gessit in actu, contra quem restitutio desiderat.
- 64 Non est aquum, ut contractus maxima quantitatibus ob leve damnum minoris rescindatur.
- 65 Ad concedendam Ecclesie restitucionem quanta defideretur lessio.
- 66 Judicis arbitrio relinquitur.
- 67 Remedio ordinario existente, cessat extraordinarium.
- 68 Minor restitutus ob lessionem in pretio, rem precise avocare non valet, & infra num. 93.
- 69 Contrarium qui doceant.
- 70 Judge tutè sequitur opinionem communem, quam maluerit.
- 71 Judge tutè sequitur opinionem communem, quam maluerit.
- 72 Judicis licet amplecti sententiam, quam ipse minus probabilem putat.
- 73 Agens remedio l. 2. C. de rescindend. vendition. fructus non consequatur ante item contestatum perceptos.
- 74 De minimis non curat Prætor.
- 75 Licitum est contrahentibus, se invicem decipere.
- 76 Pro re minima actio furti non datur.
- 77 Fama hominum plurimi haberi debet.
- 78 Fama est vita charior.
- 79 Damnatus furti, infamia notatur.
- 80 Ubi de penit. disputatur, benignior pars eligenda est.
- 81 Penæ sunt restringenda, non amplianda.
- 82 Intelligitur textus in §. Gallinarum, Inst. de rer. divis.
- 83 Non est idem, furtum committere, & furti actione teneri.
- 84 Dolosus est, qui vel in uno numero alterum decipit.
- 85 Dolus non in quantitate, sed in facti qualitate consistit.
- 86 Prætor pœna oculis equitatem semper debet habere.
- 87 Actio de solo pro re minima non datur.
- 88 Interpretatur l. vulgaris, ff. de furt.
- 89 Non tam verbis, quam menti Legislatoris stan-dum est.
- 90 Ecclesia enormissime lessa usque ad triginta annos restituitur.
- 91 Intellexus l. fin. tit. fin. part. 6. in prima parte; remissive.
- 92 De ejusdem legis interpretatione in secunda parte, remissive.
- 93 Restitutus, quia lessus fuit in pretio, non avocare rem precise, juxta Communem; vide supra, num. 62.
- 94 Ratio decidendi ad dict. cap. ad nostram, tradi-tur.
- 95 Fructus feudi presumuntur aequales labori, & obsequio vassalli.
- 96 Vassallo omnis utilitas feudi debetur.
- 97 In datione in feudum locus non est l. 2. C. de rescindend. vendit.
- 98 Non est propriæ feudum, quod conceditur pro annua pensione.
- 99 In restitutione ex gratia fructus non veniunt, se-cus ex iustitia.

**I** AD rem hanc consulenti sunt, Guttierr. practic, quest. lib. 4. quest. 69. Sforcia Oddus de restit. in integr. 1. part. quest. 45. artic. B 4. 2. Pichard.